

saxonicarum universalem heredem, qui non solum Catholicos in ordinem redigeret, sed ipsorum Svecorum moderaretur actiones, ne vel illi religionem, vel isti regionem invaderent ferventiùs. Istitis igitur factum est Vindicibus, ut Pax coiret *Osnabrugica*, ibique *eterna Religioni Catholica ac Lutherana*, cui *accesserat Reformatas*, daretur *securitas*. Licet enim eam annihilaverit *Innocentius X.* anno 1651. cujus Bullam vid. *Limn. 2. Add. l. 1. cap. 12. p. 229.* Imperator tamen Leopoldus in sua Capitulatione non solum *art. 1. & 2.* promittit, *se pacem istam sanctè servaturum, nec ob Advocatiam Ecclesie Romanae aliquid contra usurum;* sed ista quoque in fine adduntur verba: *Uns auch darwider einiger Behelß oder Außnahm / dispensationes, absolutiones Geist- oder weltliche Rechten / wie das Namen haben mag / nicht zu statten kommen sollē.* Cum igitur supra laudati *Divi Principes* in negotio tã arduo primum moverint lapidem, ipsa requirit pietas, ut eorum sanctè custodiamus memoriam. Ac proinde laudabilis *Nobilissimi atq; Politissimorū Juvenum conatus est*, qui cras in *Illustris Augustei Collegio* consensuricathedram, de eadem materia dicent prolixiq;. Procedet primùm **DN. JOHANNES FRIEDERICUS à Biesenroth / Nob. Misn.** & breviter belli Germanici ortum delineabit & progressum. Sequetur

**DN. MARTINUS CUNOVIVS**, Schkortlebiõ Misnicus, *Laudes Gustavi Adolphi Regis Sveciæ* in eo ostensurus, quod quatuor boni Imperatoris exhibuerit virtutes, *Scientiã rei militaris, Virtutem, Autoritatem, felicitatem.* Surget ulterius **DN. CAROLUS FRIDERICUS HAPPE**, Greußenã Thur. Deprædicaturus Johannem Georgium I. Saxonie Electorem, quod belli civilis initia invitus susceperit, extrema non libenter persecutus fuerit.

Tandem notus jam è persona Prologi Epilogus brevem instituet comparisonem, factãque ad pacem digressionem, vota faciet ad Deum pacis autorem.

Vos itaque, quos aut religionis tangit amor, aut pacis suavitas, aut vivens in Augustissimo Filio Divus Parens, honorificã vestrã præsentia actum nostrum condecorate. Spondent Actores meo nomine, se accepti beneficii nunquam fore immemores. PP. d. 26. Sept. M DC LXX.